



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Mutius C. 25. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

25. Maii. VITÆ SANCTORVM. 265

duas affusus Crucis, furentes absolvit. Idem beneficium an. CD. XXIV. cælo receptus in ægrum repetivit, sed eo longè digniorem. Mater nocturnis ejus obsaturata querelis, potum identidem flagitanti, dæmonem simili voto propinavit, sed ZENOBIVS pepulit; utinam & foedum morem vocantium tam immanes hospites, quasi non invocati in nos irruerent. Ex Surio.

Solerter animus ante actionis sue primordia cuncta debet adversa meditari, ut semper hac cogitans semper contra hac thorace patientiæ munitus, & quidquid acciderit, superet, & quidquid non accesserit, lucrum paret. S. Greg. 5. Mor. c. 33.

S. MUTIUS C. 25. Maii.

A Gite mortales, & vel latronem ducem ad cælum sequimini. MVTIVS hic est, qui in apparatu compilandi sacri Parthenonis somno oppressus, rapi ad divinum tribunal sibi visus, supplicia suis facinoribus parata intellexit, nisi celeri pœnitentia ipse sibi jus dixisset. MVTIVS rectâ ad sacratos profectus viros, animæ vulnerum medicinam eos poposcit. Tres primum ex odis Davidicis strophæ ei præscriptæ; quam ad amissim cum vitam exigeret, Superi postea ejus erudiendi provinciam sibi depoposcerunt. In eorum contubernio expolitus, scholam denique aperuit ex latrone magister factus virtutis. Eum sol reveritus est, inaudito post Josue factum exemplo, ita cursum moderans, ut non antè occumberet, quam ille tugurio discipuli successisset; quem præter spem defunctum cum invenisset, rogavit familiariter, an redire in vitam vellet. Abnuentem valere jussit, & tumultuoso composuit; quod ille officium tam studiosè

M

suis

suis impendit, ut nonnemo è sepulchro parcer: eum sumptui operæque jusserit. Alteri ad mortem imparato vitæ triennium impetravit. Ne cura corporis à Deo avocaretur, mensam illi Dominicis diebus Angelus instruxit, cæteros impransus, & incœnatus egit. Hunc tamen tam vicinum calcare, ad nescio quos Pharaonis thesauros demon instituit. Sed ille Nilum calcare solitus, clavis foribus, quoquo libuisset, penetrare, videntique etiam ad Cælites reperit, violentus licet homo, atque uti olim ædibus ita ex quoque vim facturus; nisi sponte patuisset. *vit. PP.*

Nemo diffidat, nemo veterum conscius peccatorum premia divina desperet: novit Dominus mutare intentiam, si tu noveris mutare delictum. S.Aug.*pl.*

S. CARPUS EP. 26.Maii.

Non est cordi Deo rigida pietas, & justi misericordiæ oleo non temperata. Id Capvs te docebit, qui à Paulo Apostolo Christi Philosophiâ imbutus, hujus tam præclari & necessarii axiomatis aliquando visus est obliuisci. Conseruat Christianæ militiæ tironem, ad deserere crucis signa, à dæmonis cultore esse inductum quâ injuriâ ad Deum Opt. Max. pertinente, est exacerbatus, ut impia ex æquo capita Oculi devoverit, quod mediocri supplicio nullo vincari posse scelus manifestarium, & ultimæ perdiæ persuasum haberet: & verò gestiebat animo cum dehiscente sub utriusque pedibus terrâ, inferni ignis fumum ferri in ora, ipsosque stantes præcipitio similes ruituris aspiceret, impulsu etiam, si copia fuisset. Subinde etiam aperi

lum, spicu agere sanguinatio af rere, adeò re ad riens fuit. runt: & inc Chri

Pa Christ enim rhibere ritatis S.Ch

R domi ventu non j thala men suam ignes aspe form Secur excef